termine la Cause /

Ill.me Dne LL Montenegro 77

-12- 59

duersus ea media quæ Rex Cath.cus Sanct.mo Domino Nostro proposuit ad uitanda in suis regnis scandala in controuersia Conceptionis Immaculatæ Gloriosæ Virginis Mariæ insurgunt modo Patres Dominicani contendentes ea esse impossibilia rationibus sequentibus.

dicunt sibi non posse præceptum imponi ut Conceptionem B.tæ Virginis celebrent sub nomine ac titulo conceptionis quia cum ipsi teneant Beatam Virginem cum originali fuisse conceptam si celebrant eius conceptionem immaculatam sub nomine Conceptionis iam mentiuntur in materia graui et consequenter peccant mortaliter et sic hoc illis præcipere esset præcipere ut mortaliter peccent.

rte super hoc audiendi non essent cum Romana Ecclesia quæ est omnium Magistra sub nomine ac titulo Conceptionis celebrat et ipsi idem facere debuissent sine disputatione nam ut dixit Augustinus epist. 118. ad Januarium si quid horum per orbem frequentat Ecclesia nam et hinc quin ita faciendũ sit disputare insolentissime insaniæ est hæc Ille. Preterea sciunt isti Patres quod quando aliquis habet opinionem probabilem de aliqua re potest practice oppositum dicere et docere sine mendacio immo tenetur id facere si iubeat Superior et ut ad hominem loquar ipsi habent præceptum ut omnes doceant et prædicent doctrinam S.ti Thomæ quamuis aliquando sentiant oppositum et apud ipsos obseruatur sine præiuditio ueritatis quia sciunt talem doctrinam esse probabilem et se accomodant S.to Doctori non obstante quod in particulari aliquis oppositum sentiat ergo eodem modo se possunt Ecclesiæ accommodare in celebratione Conceptionis immaculatæ sub titulo conceptionis quam sine temeritate non possunt negare esse probabilem addo quod iam ipsi ad uitanda scandala instigante conscientia aliquando se accommodarunt ut constat ex libro missali et martyrologio Dominationi uestræ nuper exhibitis et in Universitate Oscen.[illegible] ab eius fundatione ut primariam Cathedram possint obtinere et magisterij gradum recipere iurant se docturos et defensuros Immaculatam Virginis conceptionem et omnes Episcopi ab hoc Dominicano ordine assumpti etiam sub titulo conceptionis celebrant quod etiam facit eius dimidiatus ordo in tota Gallia soli isti paucissimi discordant à Romana Ecclesia non se uolentes conformare quod certe non solum est contrarium doctrinæ S. Thomæ sed etiam decretis Pontificũ et Patrum ut iam patebit

nctus Thomas 2.2. q. 10. art. 12. in corpore hæc habet uerba maximam habet auctoritatem ecclesiæ consuetudo quæ semper est in omnibus æmulanda quia et ipsa doctrina Catholicorum Doctorum ac ab Ecclesia auctoritatem habet unde magis standum est auctoritati Ecclesiæ quã auctoritati uel Augustini uel Hieronimi uel cuiuscumq Doctoris hæc ille. Cur ergo consuetudo celebrandi Conceptionem Virginis sub titulo Conceptionis ab his qui iurant huius Sancti doctrinam non æmulabitur?

m habetur cap. his per totum dist. 12. et cap. final. dist. ead. in hæc uerba placuit omnibus communi consensu ut unus atq. idem psalendi ordo in matutinis et Vespertinis officijs teneatur et non diuersæ ac priuatæ nec monasteriorum consuetudines cum Ecclesiastica regula sint permissa hæc ibi. Si ergo in modo canendi non uult ius diuersitatem in monasterijs etiã consuetudine firmatam quomodo sustinebit diuersitatem in celebratione ipsa festiuitatum? Unde docte satis Petrus Damianus lib. de Dominus uobiscum cap. 7. ait doctores Ecclesiæ unum nos docuere ordinem in officijs inuiolabili semper obseruatione tenere et Diuus Hieronimus super illud ad Roman. 15. uno ore honorificetis Deum dicit. Tunc uere Deus honorificat

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE G...

ti uno animo et concordi uoce laudatur Notentur illa uerba concordi uoce ... enim in suis laudibus non uult uocum diuersitatem

Tandem Innocentius primus epist. decretali ad Decinium Episcopum ... habere oportet eos ... Ecclesia Romana custodit a qua eos principium accepisse non dubium est nedum peregrinis ... monibus student caput Institutionum uideantur ommittere. Saepe dilectionem tuam ... Vrbem uenisse ac nobiscum in Ecclesia conuenisse et quem morem uel in consecrandis ... ijs uel in ceteris agendis hactenus teneat agnouisse dubium non est quod sufficere ad ... tionem Ecclesiae tuae uel reformationem ... si praedecessores tui minus aliquid aut ... tenuerunt satis certum habeuimus ... de aliquibus consulendo nos esse duximus ... Innocentius satis putabat Romanae Ecclesiae ceremonias uidisse ut aliae Ecclesiae ... illi se conformarent quanto magis putaret sufficiens, Romanam Ecclesiam et ... orbem conceptionem Beatae Mariae sub titulo Conceptionis ... uoce aperta celebrare ... audire ut se illi conformaret dimidiatus Praedicatorum ordo et non uteretur per ... illa Sanctificationis uoce ac festo nulla Ecclesiae auctoritate fulto ut dixit Catharinus ... copus ex ordine Sancti Dominici tract. de ueritate Conceptionis allegatus in Conc. Tri... p. 2 cap. 2 § sunt qui his uerbis: festum autem Sanctificationis postremo de super ... introductum ad aemulationem aduersus Ecclesiam quae sub nomine Conceptionis celeb... qui falsam celebrationem illam putabant ne autem ea die omnino ... celebrent sanctif... festum nulla Ecclesiae auctoritate probatum inuenerunt quod solum apud nostros ... in toto sed in dimidiato ordine durat haec ille.

2.° dicunt sibi non posse imponi silentium in actibus particularibus quia id esset uirtualiter ... tionem de fide definire cum non remaneat facultas saltim inter priuatos ... suam partem asserendi.

Ad hoc respondetur id esse maxime necessarium nam maiora et grauiora scandala ab... tata sunt in actibus particularibus post decretum Pauli Quinti quam antea in ... constare poterit ex informationibus testimonijs et epistolis ex uarijs prouincijs ... Romanam Curiam missis et quod magis est ex asseueratione Catholici Regis ... regna propter haec scandala pacifice gubernari posse difficile nisi a Sanctissimo Dom... opportuno remedio prouideatur. Nec hoc esset definire uirtualiter immo eo ipso ... doctrinae imponitur silentium declaratur formaliter et explicite non esse de fide ... Ecclesia nec intrinsice malam quandoquidem ab extrinsico illi imponitur silentium ... nec internus assensus manet prohibitus Negantibus enim fidei misterium non ... silentium sed haereticorum poena.

3.° quod moleste obijciunt et quotidie inculcant de mente Sanctorum Patrum dicentium ... asserere B.tam Virginem in peccato fuisse conceptam ac proinde nihil praeiudicari ... statui debere contra unanimem illorum doctrinam nihil mouere debet uestra ... Dominatio nec retardare ut quod iuste petitur et fundatissimis de causis ... Catholicus omnino concedatur. Etenim tantum abest ut Sancti Patres refragentur ... et rationabili de immaculata Conceptione sententiae ut potius ei adstipulentur ... longe plures sunt qui eam doceant quam impugnent. Duae namque sunt Sanctorum ... PP. in hac controuersia classes, Vna eorum qui absolute loquuntur in ...

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

universales Sancti Pauli et Sacræ Scripturæ locutiones sub quibus Beatã Virginem non com:
prehendi docuit Conc.m Triden.m et ante illud Sixtus Quartus nec de Beata Virgine in particu:
lari loquuntur prædi. Patres quare nec maiorem vim habent eorum verba, quod generales asser:
tiones Scripturæ quæ huic Sententiæ de immaculata conceptione quin ubique doceri celebrari et
firmiter teneri possit nihil officiunt præterquam quod ipsi et hi sancti Patres alias etiam
clariores universales loquutiones habent, ex quibus maiori cum fundamento et probabilitate
deduci possit Beatam Virginem non contraxisse peccatum originale dum universaliter et in
genere eam dicunt ab omni peccato alienissimam. Alia producuntur Sanctorum Patrum loca
qui in peculiari affirment Beatam Virginem peccatum contraxisse circa quos hoc solum
velimus à Vestra Ill.ma Dominatione considerari, eos pene omnes præter unum aut alterum
videlicet Divos Bernardum, Thomam, et Bonaventuram qui etiam Sacratissimã Virginẽ
pluribus in locis ab originali labe deffendunt, falso et sub enormi corruptela citari à Vincentio
Bandello aliisque Dominicanis qui eum transcripserunt, Ita ut aliquando ad SS. Patrum verba alia
multa addantur, multa taceantur, quædam mutilentur, et plurima interserantur Ita ut
velint nolint contra suum sensum Sancti Patres alieno ore vel figmento loqui cogantur De quo
si aliquod irrepserit dubium circa quemcumque eis qui pro contraria parte citantur id ipsa
rei evidentia et plena probatione ex ipsis illorum codicibus et correctissimis aut antiquis editionibus
manifestè probabimus

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA